

00-16151

Abb. 36.



EPISTOLA NOTABILIS

simi viri & Magistri, magistri Ioannis Eckij missa
ex Lipsia ad famosum & Reuerendū Patrē
fratrem Iacobū Hoogstrateū. Ma-
gistrū

in Theologia nostrū &c. quā ille tanq̄ preciosum
thesaurū cordialissimis amicis cū magna
gloria ostendit, quā etiam multi
Iacobite excopiaue-
rūt.



Narratio rhetori-
calis disputationis
materiã enodans.

Criso. noua ortho-
graphia. Se fultus
noua figura.

Argumētū dignū
Eccio & fraterculis
nēpe morotaton.

Hic vide quid Lu-
ther scribat cōclusi-
one. 15. pba ns esse
Purgatoriū.
propter tres causas
autor fuit obrut⁹.

Primo.

Secundo.

SALVTEM in dño Iesu, non te preterit Reuerende
pater quomodo me hæten⁹ opposuerim temerarijs
hominibus Vvitebergeꝝ. Omnes doctores, a CCCC.
annis, quantumuis sanctos & doctos continentibus, &
multa falsa & erronea in populum seminãtibz, potissimum
caput huius scandali per impressiones linguæ nostræ vulgū
seducet, & inficit, nouissimè disputauimus Lipsiæ, in frequen-
tissimo auditorio doctissimorū virorū vbiq; conuenientiū,
vbi (laus deo, honor & gloria) plurimum imminuta est corū
opinio, etiam apud vulgum, apud doctos vero pro maiori
parte lapsa est. Audisses hominū temeritatē, quam cæci sunt &
ad facinora imperterriti. Negat Luther Petrū fuisse principem
apostolorum, negat obediētiam ecclesiasticā esse de iure diuino,
sed humano concensu, vel imperatoris, inductam negat super
Petro edificatam ecclesiam, Super hanc Petram &c. Et dum ei
Augustinum, Hieronymū, Ambrosium, Gregoriū, Cypria-
num, Chrysost. Leonem & Bernar. Super illo adducerē cum
Theophilo om̄s negauit absq; rubore, Et se vnum dixit, velle
resistere mille, nullo alio fultus, nisi quia Christus esset funda-
mentū ecclesiæ, & aliud fundamentum nemo ponere potest.
Quod dilui adducēs, & illud Apoca. xij. de Duodecim fun-
damentis, defendit Græcos etiam Schismaticos, etiã si non sint
sub obedientia Papæ, ad huc saluari, De Bohem orū articulis,
dixit ex articulis cōdempnatis in cōsilio Cōstanciensi aliquos
esse Christianissimos & euangelicos quo vero multos terruit
& discedere fecit, qui prius ei fauebant. Dixit inter alia cum
ei opponerem, si primatus Papæ esset solum de iure humano,
& consensu fidelium, vnde veniret, sibi habitus quem gereret,
vnde potestatem prædicandi haberet & confessiones audiendi
parocianorū &c. Respondit se vell nullum esse ordinem mē-
dicantiū pleraq; alia scandalosa & absurda dixit quod consi-
lium quia essent hōies possint errare, quod non pbaretur ex
scriptura sacra, purgatorium esse &c. vti videbitis legendo dis-
putationem nostram, quia fidelissimis notarijs exscripta est.
verū in multis me obruerūt. Primum quia libros secum attus-
lerant in quibus erant notī, & apportauerunt secum ad locum
disputationis, & ad illos statim habuerunt recursum, imo ex
libris legebant continuo cū magna eorū irrisione. Secūdo, quia

disputationē semper habebant in scriptis & postea cōferebant
domi. Ego nunquam inspexi vnum verbum quousq; finitē
disputatio. Tertio erat eorum plures quia ipsi doctores duo,
Dominus Langius Augustinianorū vicarius. Duo Licentiati
Theologi, vn⁹ nepos Reuchlein multū arrogās, tres doctores
Iuris, Magistri plurimi. Qui & priuatim & publicē iuuabant
etiam in ipso facto disputationis. At ego solus equitate comi-
tatus astabam. Cōmisi ego fratrib⁹ tui ordinis vt curent exem-
plar disputationis exscribi, & ad te quam primū transmittant,
Quocirca precor per eū cui seruiō & fidem quā dudum susce-
pisti grauitē defendas, nō volo quid te ingeras & te odiosum
facias & ordinem tuū. Sed me consilijs tuis & eruditiōe adiutes.
Nam minus festinarūt Vvittenbergen. cum disputationē, imō
se quæsierunt occasionem disputandi. nam Lutherus nolebat
sumere iudicem. Primo aliquam vniuersitatem totius mūdi, sed
Christianissimus domin⁹ Iorgius Saxo noluit admittēre ali-
quam disputationem de fide, nisi & fidei nostræ magistros pa-
teretur iudicare. Coactus ergo tūc fuit Luther a fautoribus suis
stimulatus nisi enim disputaret & iudicem ferre posset. iā om̄s
ab eo essent discessuri, vnde cū ei omnes obtulisset vniuersi-
tates elegit Parisios & Erfordiam, quare cū Parisiē. nō agnō-
rim, vestrū autem studiū magnam habet cū eo familiaritatem
Rogo tuam paternitatem plurimū vt fide Christi velit scribere
sibi notis, vel etiā si videbit̄ toti vniuersitati vt dū opt. Princi-
pes Iorgius scripturus sit & missurus disputationem ac petitur⁹
iudiciū, quid tunc illud nō recusent. Sed ppugnatores fortiter
adoriant, cū nos ambo in eum tāq; iudices consenserimus &
rem arbitrari esse tam manifestā vt longa discutiōe non egeat,
quare sine mora ad petitionem principis discernant & statuāt,
quod fidei nostræ sit cōsentaneum. Paucis habes venerande
pater quæ abste in causa fidei velim fieri, idq; scriptum puta
præceptorī nostro, domino Arnoldo de Tong. & doctorī.
Michaeli Svvas. Nam certissimū est grammaticarū turbam
hos inferre errores, in ecclesia. Quod si summus Pontifex via
regia dudū fuisset progressus, & nō audisset in vtrāq; nostræ
subsanationem a grammaticellis factam non esset quo iam
caput suum murmure attentarent, vt ante in examine Cabale
dudum tumultuantibus, & quasi furibundi, & quasi in salu-
tato hospite abierunt Vvittenbergen. Ego iam nouum diem

Ecki⁹ benefecit qd̄
fuit sine libro, nā
vnde versus.

Cleric⁹ in libro nō
valet oua duo.

Tertio.

Nota qd̄ Ecki⁹ nō
fuit arrogans, sed
nepos Reuchlyn.

Factū disputationis

Eckius fuit solus
equitate comitat⁹.

Nota qd̄ Hogstra-
ren. dudū fidē sus-
cepit forte nō dū ē

baptisat⁹. Se que-
sierūt lepos ē attic⁹.

Iorgius per i.

Magrī fidei aliquā
dicūtur mgrī nrī.

R. P. F. Iacobus be-
ne ē visus Parisijs,

& habet optimū
stilū ad scribendū

ep̄las ad Vniuersi-
tatē Parisiensem.

Dat autor R. P. F.
argumētū cribēdi

Digressio.

Arnolduste Ton-
gris & D. Svvas

sunt due notabiles
persone. Grāmatica

sta. i. grāmaticus.
Accusatio Papę.

Grāmaticelli apd̄
Papā. Quasi ele-

ganter geminatū.
Redit artificialiter
vnde digressus est.


Hic autor recōmen-
dat seipsum.

Paternitas R. P. F.
nō solū est reueren-
da, sed etiam sua
pietas.

hic morōr finita disputatione, quæ tres duravit septimanas,
fecerat Lutherus in die sancti Petri in absentia principis in aula
disputationis sermonem Hussiticum plane erroneū. Ego con-
festim in visitationis virginis Mariæ, & die sequenti cū frequēs-
tissimo auditorio quale nunquā habui, prædicaui contra eius
errores & populū mere concitavi, vt fastidiat errores, Lutheras
nos, cras itidem facturus, & sic Lipsiā valedicturus, Occupa-
tiones faciunt quod domino Arnoldo scribere non possim,
nec tibi non plura. Tu si quid velis rescribere, committas dño
Michaeli Svvas, qui per Sueteros aut Vvaleros tuto potest in
Galstadium mittere. Valeat reuerenda pietas tua, & si quid
opere possim impendere, in te & factum crede. Ex Lipsia, 24,
Iulij, Anno gratiæ, M. D. XIX,

1749





F 3749

ULB Halle


3


001 007 467



Handwritten blue ink scribble or signature.







5

ISTOLA NOTABILIS,
ni viri & Magistri, magistri Ioannis Eckij missa
ex Lipsia ad famosum & Reuerendū Patrē
fratrem Iacobū Hoogstrateū. Ma-
gistrū
n Theologia nostrū &c. quā ille tanq̄ preciosum
thesaurū cordialissimis amicis cū magna
gloria ostendit, quā etiam multi
Iacobite excopiaue-
rūt.

